Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35033
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Ambrosius

Ideo bonum ad eius sapiam devote
recurramus ut tam nostram as-
sumat et ante districtum iudice
a baccusatione demonum atque ipse
constitutus pro nobis advocet pie defen-
dendo nos ante conspectum filii sui
et dulcissimi benigniter putando etc.

## De sancto Ambrosio

Erratis sicut oves errantes
Sed nunc conversi estis ad
pastorem et episcopum animarum vestrarum
Sancta pe. 2 In quibus verbis sanctus
Ambrosius triplicat commendatur
primo tamquam fidelium delinquentium
inquisitor ibi Erratis sicut oves
errantes / 2o tamquam electorum pe-
nitentium manu ductor cum dicit
conversi estis nunc / 3o tamquam salvatorum
fidelium propugnator qui subiungit
ad pastorem animarum vestrarum / Primo
sanctus Ambrosius commendat tamquam
fidelium delinquentium inquisitor ut
bene quilibet anima sibi tamquam suo pas-
tori et ministro Christi commissa errans
a via veritatis sibi dicere potuit id
Ps. 118 In fine Erravi sicut ovis
que periit quere servum tuum Ipse
autem requisivit oves perditas tamen
cum imperatoribus tyrannis et hereti-
cis se pro ipsis opposuit non ti-
mens periculum vite Item tunc
eas requisivit cum asperitate
sermonis illas corripuit ne
ad eternam penam reservate fuissent
a lupis eternalibus devorande et
ne ipse in hoc peccaret ubi non
corriperet delinquentes hoc tamen ex
amore faciebat sicut ipse met de
se ipso dicit in sermone Petri et Pau-
lo Ivi vobis pandere eventum re-
fectionis eloquia sed magis in gerere
animo se indignationis in maria
et prius vos verberibus spiritualibus
emendare et sic margarite ditare

muneribus malum in quam peccatum vestrum
incusando acriter increpare quam
leviter dissimulando nutrire quisque
enim fratrem non arguit peccantem
quem animo hortatur eum ut peccet
nolo autem putetis quod de amore
faciam vos sepius verberando filius
enim qui castigatione dignus est
plus amatur Sicut ait Scriptura
Hebr. 12 Quem diligit dominus cor-
ripit flagellum autem omnem
filium quem recipit hec Ambrosius
Ecce quomodo ipse sciuit requirere
oves Christi sibi commissas que lupos
secuntur utique per correctiones ita
et nos velimus animas prelatorum
et superioribus precipue in verbis dei
laborantibus corripuit ad salu-
tem eternam feliciter reducamus / 2o
commendat tamquam penitentium manu
ductor hoc apparet ex eius
lacrimis quas quadrupliciter habebat
videlicet lacrimas compassionis Com-
punctionis devotionis et confessionis
de lacrimis eius compassionis dicit
Paulinus Flebat amarissime quo-
tiescumque annunciatum illi fuit
de obitu cuiuscumque sancti sacerdotis
in tantum ut nos illud consolari nite-
remur ignorantes pium affectum vi-
ri nec qua oratione ita fleret intelligen-
tes quibus iste huiusmodi ren-
sum dabat non se flere quia recessit
qui fuerat mortuus nunciatus
sed quia se precesserat vel quia diffi-
cile esset invenire virum qui sacerdo-
tio dignus haberetur Ecce quomodo
compatiebatur et sibi ipsi quia incolatus
eius prolongatus fuit in mundo et
sacerdotibus quia non ita digne sacer-
dotium conservabant et populo quia bonis
sacerdotibus privabant / 2o habuit la-
crimas compunctionis Sic id Pau-
linus dicit Cum aliquis lapsum se confi-
tebatur sic amarissime flebat quod illud
flere sibi compellebat / 3o habebat
lacrimas devotionis quia celestis